



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXVIII. Markgraf Ludwig vereignet vier Hufen Landes in Stennewitz,  
welche Henning von Perwenitz belaß, dem Collegiatstifte zu Soldin, am 2.  
November 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXXVII. Markgraf Ludwig bestätigt dem Stift Solbin die Exemption von der Gewalt aller markgräflichen Beamten, am 2. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus honorabiles viros prepositum, decanum, canonicos presentes et futuros, devotos nostros dilectos, quoscumque Soldinenfis ecclesie Capituli in omnibus juribus, graciis et libertatibus a predecessoribus nostris marchionibus brandenburgensibus felicis recordacionis ipsis indultis et per nos approbatis generosius conservare, sic quod nulli hominum, videlicet advocatis et equitatoribus terre nostre presentibus et futuris ac aliis, quocumque nomine censeantur, cujuscunque status, dignitatis seu condicionis fuerint, cum bonis et hominibus capituli ecclesie pronominate liceat, ut in privilegiis marchionum brandenburgensium, predecessorum nostrorum premissorum, eciam nostris confirmationibus desuper ipsis datis sufficiencius exprimitur, quidquam disponere, sed singula, que ab ipsis canonicis exigere decreverimus, in antea per nostram requisicionem seu ordinacionem fieri volumus personalem. Si vero aliquis libertates, jura seu gracias ausu temerario quovis modo presumeret infringere, contra talem pretactam causam capitulum, quociens oportunum visum fuerit, usque ad nostram confirmacionem ex tunc procedere seu agere juridice poterit, ad quod ipsis, si per ipsos requisiti fuerimus, quo premissa singula illesa permaneant, modo, quo premittitur, cooperari proponimus pro nostris viribus effective. In cujus etc. Testes Schwartzburch, Lindow, Buch, Hasso senior et Hufener cum ceteris. Datum Everswolde, Anno MCCCL, feria III in die commemoracionis animarum.

Aus Diekmann's Urfunden-Sammlung des K. Geh. Staatsarchives f. 149 u. der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XXXVIII. Markgraf Ludwig vereignet vier Hufen Landes in Stennewitz, welche Henning von Perwenitz besaß, dem Collegiatstifte zu Solbin, am 2. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum felicis recordacionis, nostre, heredum et successorum animarum memoriam, appropriamus et iusto appropriacionis titulo donamus per presentes III mansos, in villa Stennevitz situatos, ad tria fructa annuorum reddituum se extendentes, quondam Henningo Perwenitz, fideli nostro dilecto, cum pleno jure et sine omni precaria denariorum et frumenti servicio curruum aut alia qualibet angaria seu tallia, quocumque nomine censeferi potuerint, hactenus libere pertinentes, sub modis, formis, juribus, commodis et honoribus, quibus predictos III mansos eidem Henningo pertinebant, uni memorie et prebende collegiate Soldinenfis ecclesie coralium perpetuo appropriacionis titulo sine inquietacione qualibet in antea percipiendos, Renunciantes solempniter omni juri, accioni in perpetuum, que nobis, heredibus et successoribus nostris in premissis mansis seu fructis competebant, competere potuerint aliquantulum in futurum. In cujus etc. Testes Guntherus comes de Swartzeburg, Vlricus comes de



Lindow, Buch, Lochen, Haffo senior de Wedel, Hufener, Bombrecht cum ceteris.  
Datum Everswold, Anno MCCCL, feria III in die animarum.

Aus Dittmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 297.

XXXIX. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt der Stadt Soldin, die ihm gehuldigt hat, alle ihre Rechte und Freiheiten, am 11. November 1350.

Notum sit vniuersis presentibus et futuris paginam presentem inspecturis, Quod nos Ludovicus Romanus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie ac sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et dux Bawarie, viris prudentibus et discretis Consulibus, scabinis ac Ciuitati nostre in Soldin Ciuibus ac inhabitatoribus vniuersis, fidelibus nobis dilectis, qui ex inductu et voluntatis notibus Ludowici, Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri predilecti, nobis homagium et fidelitatis Juramentum, tanquam vero ipsorum domino vnanimiter et voluntarie prestarunt, promissimus et presencium serie graciosius promittimus, quod singulos ipsorum ac vniuersos in omnibus Libertatibus, iuribus ac approbatis consuetudinibus, quibus a felicis recordationis aunculo nostro Woldemaro ac fratre nostro Ludowico, Marchionibus Brandenburgensibus, ceterisque nostris antecessoribus dilectis, predicti noscuntur et brinlegiati diligencius conseruantes manutenebimus eisdem, predictis omnibus secundum litterarum suarum tenorem in suo robore permanentibus et imulsis (sic). In cuius robur ac rei perpetue memoriam ipsis presentes damus nostri sigilli robore communitas. Datum et actum in franckenfurt, in die beati Martini, Millesimo tricentesimo quinquagesimo.

Nach dem Original des Soldiner Stadtarchives.

XL. Markgraf Ludwig der Römer versichert, die Städte Soldin und Lippene, so wie die Ritterschaft in den gleichnamigen Landen, bei ihren Rechten zu lassen, am 26. Februar 1352.

Wir Ludewig der Römer etc. Bokennen apenbar, dath wir gelauet hebben vnd lauen met dissem breue den duchtighen Luden, allen rittern vnd knechten, de in dem Lande Soldin vnd Lippene bozeten zin, vnfern leuen getruwen, wath se met hantuesten vnd Bryuen der alden fursten van Brandenburg, vnfern vorsarn, den goth gnedich sie, edder vnfern leuen Broders, Hern Ludewig, Marggraffen zu Brandenburg, edder met Bedder Luten reddelich bowisen mogen, dar sie recht to haben, dat wie sie dar bie holden willen vnd scholen, vnd willen ock dat betern vnd nicht ergern: vnd vorth mer wat bede den stedden, welkerleye plicht in demfuluen